Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



leam: abiit ad eum & rogabat eum. ut descenderet
& sanaret filium eius. Incipiebat enim mori. Dixit
ergo ihs ad eum. Nisi signa & prodigia uideritis non ce
ditis. Dicit ad eum regulus. Dne descende pus
quam moriat filius meus. Dicit ei ihs. Vade: filius
tuus uiuit. Credidit homo sermoni quem dixit
ei ihs. & ibat. Jam eo descendente: serui occurrerunt
ei & nuntiauerunt dicentes. quia filius eius uiueret.
Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuit.
Et dixerunt ei. Quia heri hora septima. reliquit
eum febris. Cognouit ergo pr quia illa hora erat in qua
dixit ei ihs filius tuus uiuit: & credidit ipse & dom
eius tota. Dom. xxu. ad philippen

Fratres. Confidimus in dno ihu. quia qui cepit
in uobis opus bonum perficiet usque in diem xpi
ihu sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus
uobis eo quod habeam uos in corde & in uinculis meis & in
defensione & confirmatione euangelii socios gaudii mei
omnes uos esse. Testis enim mihi est deus quomodo
cupiam uos omnes in uisceribus xpi ihu. Et hoc oro ut
caritas uestra magis ac magis abundet in scia & omni sen
su ut probetis potiora & sitis sinceres & sine offensa
in die xpi repleti fructu iustitiae per ihm xpm in gloriam
& laudem dei. Dom Mathm